



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 3. Versum quendam ex Odyssea multo aliter à nonnullis accipi, quam
vt ab Horatio acceptus est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Versum quendam ex Odyssaea multo aliter à nomine
accipi, quam ut ab Horatio acceptus est.

CAPUT III.

NON est dubium, quin Horatius in epistola
Lollium, illo versu,

Dum sibi, dum sociis reditum parat,
exprimere voluerit illum Homericum:

Αρνύμενος λύτε φυχλώ καὶ νόσον ἐτίπειν.

sed Homericum tamen, non eodem quo Horatius
sensu omnes accipiunt. Didimus enim, cuius est
tant in Odyssaeā eruditissimae notae, aliam esse
quandam eius declarationem tradit, an vertorem re-
ficio, ipsi certe Vixi honestiorem ac gloriosem. Il-
lum videlicet eo animo fuisse, ut & vitam impenden-
& omnem reditus spem sibi præcludere. Non recul-
ret, dum modo saluti sociorum consuleret. Verbum
enim ἀρνυθαι, ut apud Eustathium legitur, ab ag-
ductum est, quos Graeci ἄγρας vocant: ut & ἀντί της
τῆς οὐσίας, & παλαιῶν ἀπὸ τῆς πάλαιας: quod prisci nondem
reperio nummorū vslū, Λγnis, asinis, equuleis, aliis
que eiusdem generis animalibus parare ea, quibus se-
dgebant, solebant. Hoc igitur Homerum dicere ad
paratum fuisse Vlixem, si res ita tulisset, ἀρνυθαι, id est
quasi pro pretio dare καὶ τις αὐτῷ φυχλώ, καὶ τις νόσον
αὖτις τῇ ἐτίπειν. Neque coniunctè legendum, καὶ νόσον
ἐτίπειν: sed distinguendum hoc modo, καὶ νόσον, καὶ
φων. Lucianus tamen prorsus Horatianæ sententiae
adstipulatur, qui in φιλοτέλει Vlixem multo in ex-
tore illo suo mentiri solitum dixit, τιλύτε αὐτῷ φυχλώ
ἀρνύμενος, καὶ νόσον τῇ ἐτίπειν. Hanc sententiarum va-
rietatem, quam Horatiani interpres vel non animo
adueterant, vel præteriniferant, non indignam dum
cuius audiores admonerentur.

De duobus